

praedudicium vel gravamen huiusmodi litis indecise pendentis quidquam per se vel alium seu alios publice vel occulte directe vel indirecte quovis quaesito colore attemptare vel innovare praesumant seu praesumat; quod si secus factum fuerit, id totum revocare et in statum pristinum reducere curabimus iustitia mediante. Diem vero seu dies citationis et inhibitionis vestrarum huiusmodi atque formam et quidquid in praemissis feceritis seu alter vestrum duxerit faciendum, nobis vel surrogando auditori praefatis per vestras patentes litteras sigillis autenticis sigillatas aut instrumentum publicum horum seriem seu designationem in se continentes seu continens remissis praesentibus fideliter intimare curetis. Absolutionem vero omnium et singulorum, qui nostram excommunicationis sententiam huiusmodi incurrerint seu incurrerit quoquo modo, nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praemissorum praesentes litteras sive praesens publicum instrumentum huiusmodi nostram citationem una cum inhibitione in se continentes seu continens exinde fieri et per notarium publicum nostrumque et causae huiusmodi coram nobis scribam infrascriptum subscribi et publicari mandavimus nostrique sigilli iussimus et fecimus appensione communiri. Datum et actum Romae in domo habitationis nostrae sub anno a nativitate domini M CCCC quinquagesimo indictione tertia decima, die vero Veneris nona mensis Octobris pontificatus praefati domini nostri domini Nicolai papae quinti anno quarto, praesentibus ibidem discretis viris magistris Gerardo von Holstege de Anholt et Johanne Molen notariis publicis scribisque nostris clericis Monasteriensis et Lugdunensis diocesum testibus ad praemissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Anthonius de Valencia clericus Tholenensis publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius etc.

Nach der Handschrift Rep. II. fol. 10^a fol. 20^b fg. in der Stadtbibliothek zu Leipzig.

No. 268. 1450.

Bürgermeister und Rathmann verkaufen dem würdigen Herrn Peter Crebiß, der Medicin Doctor (doctor der erztie), Domherrn zu Meissen und Altenburg und Archidiacon zu Nisan 50 Rh. Gulden j. Z. für 600 Rhein. Gulden unter Vorbehalt des Wiederkaufs.

Gegeben vnd geschreiben — 1450.

Nach dem Stadtbuch fol. 4^b im Rathsarchiv zu Leipzig.

No. 269. 1450 fgg.

Martin Schindels Stiftungen im Georgenhospital.

Er Mertin Schindel gnant der hat funff lehen in sente Jorgen spytal gestift noch lute deß instruments darobbir begriffen, deß abeschrift ernoch folgett im andern blate^a). Idem hat noch sinem tode auch vorlassen, das man firhundert gulden zcu dem spitale solde geben zcu

a) Vgl. No. 239, 264 und No. 271.